

Digni qui eliguntur an- tequam eli- gatur.

David regem. Reges haud gignuntur, gi- gnuntur homines. Utrique, sed sunt in ele- ctione, & etiam exaltatione spectabiles; quando quia homines & singulares con- stituuntur in reges: unde de illo quem Deus uti electum exaltavit, asseritur nihil, regem fuisse a conceptione; quia dotibus rex apparuit, antequam fieret. Vide Tom. 1. T. 4. D. 1. a. n. 10. Ipse natus est in Bethle- hem, & etiam rex, non regem qui rex genuit Salomonem. Hominem in principatum, sed non principem genuit; quoniam expec- tationi, etsi princeps non respondit: mi- nimique a rege rex uti pater concipitur, regia quantumvis dignitas obtineatur; quia non habet uti princeps dignitatem, nisi qui natus in principem. Iccirco Salomon de se dicit: Fui rex Israel in Jerusalem. Quando non fuit, ex quo cepit? Descri- bitur differentia meritorum inter patrem & filium: etenim Salomon fuit rex, dum fuit, & habenas regiminis habuit; David vero antequam esset: nactus est enim doti- bus dignitatem, ante vocem electionem. Voces dederunt nubes, ut exaltarentur do- tes: etenim sine illo sede vacante violentus regalis thronus, quippe David in regni re- gimen natus.

16 Denique pendamus Dei verba, ubi ab illo assumitur David in regni cacumina. Exaltavi electum. Videtur in eisdem idem sensus, & est pro exaltatione maiestatis dis- tinctus. Est exaltatio, Exaltavi: & est ele-

ctio, electum; simulque electi exaltati glo- ria: de plebe mea. Quorsum ergo exten- denda cogitatio, si digni ac digna patrata electio? Nihil plane ad electionis aquita- tem, sed totum refert ad electi exaltatio- nem. Multoties iacent proculcata insignia dotium, sine honore, quo clarent, dignita- tum. Pendente a caelo electione benemeriti, merita nunquam sine debito honore: Deusque dicitur exaltasse electum in au- ditorum resurgentem thronum; quippe si elegerunt prius dotes in dignitatem, ne- cessario conferri a Domino possessionem. Lucent amplius electi commendabilia in- strumenta, in firmamento dignitatis tan- quam sidera: Davidque a Deo exaltatur electus, ut euectus ad thronum lucret amplius, commendante dotium amulatio- nem, ut caeteri digni ascendant in digni- tatem: etenim prudens consilium suffra- gantium patebat, eligentium ex voto, quem Deus propense exaltabat. Semper honorat dignos, ut ex eis clarescat honos: & ex congregatione illustrissima David as- sumitur, demumque inter fratres elevatur; ut possessione dignitatis elevaret, quem propter merita insignia ut rite ac iure eli- geretur, elegit: igitur electio omnino pru- dentissima, dotes quando suffragantur; priusquam suffragia. Per illos enim luce- dignitatum thronus, quos

Ardens evexit ad aethera virtus.

Virgil.

si a caelo electio, con- firmat in possessione exaltatio.

Eccles. 1. 12. Non qui ele- ctus.

Ubi supr.



TAU.

TAUTOLOGIA QUARTA.

LACTAVIT FILIUM SUUM, DONEC AMOVERET, eum a lacte. 1. Reg. 1. v. 23.

EXPOSITIO LITERÆ.



Impletum est igitur, quod Annæ, uxori Elcana, Sum- mus Sacerdos Heli optaverat, vel promiserat. Dixit ad eam Heli: Ambula, quoniam scis pro quibus ora- veris. Exaudita est oratio tua: noluit autem (inquit Philo Biblicus) ei dicere Sacerdos, quis p-enumerat- tus est ex ea Propheta: ipse enim audivit, cum di- xit Dominus pro eo. De hoc egimus, Tautolog. præc. numer. 3. Videtur idem astruere vir eius, quem An- næ dixit: Precor, ut impleat Dominus verbum suum. Quale ergo huiusmodi verbum præter dicta à Philone; divinant Rabbini, fingendo auditam aliquando de caelo vocem in Silo, prænuntiantem pueri nativita- tem, nomine Samuelis, quo superstitie, iugum Allophylorum excutiendum, & ipsos proterendos miris victoribus à victis Israëlitis. Vide Abulenf. Lyrarn, Mendozam, & Sanctum hic. Idem astruunt in Elifet nativitate: at enim gaudemus parono. In eius ortu aurea vitula (ait Isidor. de Ortu & obitu Patrum, cap. 36.) mugitum dedit, eiusque vox in Jerusalem personavit. Tunc quidam presagus Vates: Hodie, inquit, in Israël natus est Propheta, qui cuncta eorum destruet idola. Idem Petrus Comestor in Histor. Escholast. cap. 36. in 3. Reg. Addit. 1. Sanct. ibid. cap. 19. num. 64. Alap. v. 16. Ulyss. Aldrovand. de Qua asep. bisulc. lib. 1. cap. 1. de Bove, titul. Oracula & prodigia. Omnes, ni fallor, sum- pserunt ex Epiphani. de Vit. & interitu Prophetar. cap. 6. & Ioan. Hierosolymitan. cap. 13. Haud aliter Rabbini cogitant factum in ortu Samuelis, implete Domino verbum suum, uti dixit Elcana; verum falluntur: quandoquidem claret, illis verbis alluisse tantum ad illud Heli, exponente votum Anna, v. 17. Vade in pace, & Deus Israël det tibi petitionem tuam: vel ut inquit Philo, non optativè, sed assertivè: Exaudita est oratio tua.

Philo Bibl.

Nativitas Samuelis prænuntia- tur.

Isidor. Presagium virtutis Elifet ab ipsa nativitate.

2 Soboles ab illa desideratur, & ob amoris vinculum, & ob avertendum ab amula irogatum opprobrium. Amaro enim animo flevit largiter, votum vovit, & potita voto, Floride ac nitide Ioann. Melius de Soufa lib. 3. de Concept. Virg. à v. 223.

Unum mihi dicere fas sit:
Non ego concubitus turpes, Venerisque nefanda
Delicias, indigna toris socialibus, hausi:
Legis in obsequio nubens, & prolis amore
Ducta viro, thalamis & ius & fœdera novi.
Da mihi materno, si fas est, munere fungi.
Si mihi concedas, quod adhuc natura negavit;
Quisquis erit fetus, dederint quem viscera partu
Incolamem, tibi grata dico: si lege parenti
Ius datur in sobolem, si qua est materna potestas,
Sive marem dederis, matri solatia: sive
Dulcia femineæ videam cunabula prolis,
En tibi devoveto: soli famuletur Olympo.
Talibus orabat dictis & peccatore supplex
Anna Deum, passimque preces & vota serebat.

Soufa

Tom. V.

Da

Agg

Audijit illa pius celsi dominator Olympi, Annaque concepit.

Retorqueatur etiam Ethnicus, qui propositum nostrum aliò descripsit, lib. 4. Eleg. 1. v. 100.

Propert.

Votum impetrabile dixit: Illa parit.

Voti compos facta est Anna, filiumque peperit quem lactavit: sicque dicitur: Lactavit filium suum, donec amoveret eum à lacte: quod præsentis argumentum Tautologia.

Suppositum necessarium aliquò ex primitur.

3 Aliquando in Scriptura, ut sæpe vidimus, exprimitur suppositum necessarium in indicem clariorem verbi concepti. Homer. 9. Odyf. v. 110. Vites, quæ ferunt vinum. v. 193. Mulcralia, quibus mulgebat. Euripid. in Bæf. v. 112. Cavam profunditatem fossarum. v. 524. Excubias agere vigilando. Sophocl. in Trachin. v. 572. Pulmones peccatorum. & in Philoctet. v. 689. Vir æqualis in æqualibus. Q. Calaber, lib. 1. v. 793. In cava urna considerunt. Virgil. 10. Aneid. v. 349. Vomit ore cruorem. Ovid. 2. Pastor. v. 571. Anus in medijs residens anosa puelli. Senec. in Hercul. fur. v. 569. Prece supplicii. & in Thyest. v. 454. Vertice alti montis domum eminentem. Mantuan. Eclog. 2. v. 7. Flaviumque fluentem. Plaut. in Baccid. Act. 3. scen. 1. v. 17. Lutulento cæno. In Asinar. Act. 2. scen. 1. v. 18. Falsa fallacia. Plin. lib. 36. cap. 13. Vesana amentia. Sueton. in Tiber. cap. 63. Secretò, & sine testibus consuli. Similiter in præfati, alijsque Scripturæ testimonijs. Unde dicitur: Lactavit, donec amoveret à lacte. Isai. 28. Abiactos à lacte, abulsos ab uberibus. Iob enim etiam querulus clamat: Cur lactatus uberibus? Stylus communis apud Græcos & Latinos: in eodem argumento. Euripid. in Pbenif. v. 1524. Gemina matris mea ubera lactis. Ælian. lib. 13. Variar. biflor. cap. 1. Uberibus copiâ lactis. Virgil. Eclog. 4. v. 21.

Isai. 28. 9.

Iob 3. 12.

Euripid.

Virgil.

Ipsæ lacte domum referent disenta capella Uera.

Pridem Lucretius lib. 1. de Rep. natur. v. 259. Et candens lacteus humor uberibus manat; puroque Helenifumo profert ibida. v. 770. & lib. 2. v. 370.

Lucret.

Quali sunt ubera lactis.

Sic Varro ad Titbonum, dicit: Mammam lactis. Hæc alia similiter proferunt per Hypallagen, quo schemate continens usurpatur pro contento. Quare Uebera lactis idem est, ac lac uberum, seu mammarum.

Hypallage.

Contentum pro re contenta, & econtrâ.

Metonymia

Adiansum profubictio.

4 Obvia usquequæ huiusmodi figura in Sacris. Continens pro contento, Genes. 24. 20. Effundens hydriam in canalibus: idest, aquam contentam in hydria. Psalm. 67. 9. Terra mota est, hoc est, habitatores terræ. Sic 1. Mach. 1. 3. Siluit terra. v. 29. & cap. 9. 13. Commota est. Matth. 23. Turbata est Hierosolyma: nimirum, cives. Psalm. 104. 38. Latata est Ægyptus: nempe Ægyptij. Similiter apud Profanos. Sophocles in Electr. v. 650. Pama ad omnem urbem: putâ, ad omnes urbis. Virgil. 6. Aneid. v. 414. Multam paludem: scilicet, multam aquam. Martial. lib. 9. Epigram. 99. Quid me Roma legit: videlicet, Romani. Aliquando fit, sumpto adiuncto pro subiecto, vel in versione vocum. Isai. 6. 7. Peccatum tuum mundabitur: pro mundaberis à peccato. Matth. 8. 3. Mundata est lepra eius: pro mandatus à lepra. Virgil. 5. Aneid. v. 480. Effractoque illist in ossa cerebro: pro Effractus ossibus illisti in cerebrum. Ita Servius hic, à quo La-Zerda. Idem ibid. v. 829. Iubet intendi brachia velis: pro Vela intendi brachis. Sumitur etiam unum pro altero, quod Rhetores dicunt Submutationem, vel Suppositionem. Ierem. 44. 22. Propter malitiam studiorum vestrorum: idest studia malitiæ vestre. Pariformiter invertes, Genes. 49. 21. Dans eloquia pulchritudinis. Eccli. 44. 6. Pulchritudinis studium habentes. Psalm. 114. 8. Oculos meos à lachrymis. Psalm. 67. 22. Verticem capilli. Act. 8. 23. In felle amaritudinis. Rom. 7. 24. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Colos. 1. 22. In corpore carnis eius. Sic alia. Homer. 15. Odyf. v. 82. Ad urbes hominum: hoc est, ad homines urbis. Si vis plura, diximus, Tom. 2. T. 7. num. 28. T. 10. num. 19. Tom. 3. T. 8. num. 58 & Tom. 4. T. 11. num. 19. Sic igitur in testimonio Iobis Lactatus uberibus: idest, lacte uberum, per Hypallagen, aut Metonymiam.

Inverso & transmutatio vocum.

5 In hocce stylo latet verborum utriusque auctoritatis genuinus sensus. Per lactentes, vel nuper avulsos à mammis, intelligitur in sacra pagina defectus usus rationis, vel simplicitas, scilicet doli incapacitas. Nostrates: Sin mas raxon, ni malicia, que

in nio de pecho. Unde de SS. Innocentibus, sublatis in infantia, metaphoricè Ecclesiæ saniti:

Aram ante ipsam simplices Palmâ & coronâ luditis.

Paulusque sub hæc eadem metaphora, ad Hebr. 5. 13. infit: Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. 1. Cor. 14. 20. Nolite pueri effici sensibus, sed malitiâ parvuli esote. Petrusque 1. cap. 2. à v. 1. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, sicut modò geniti infantes lac concupiscite. Ideo dicuntur infantes, qui loqui non possunt, sed pro sermone vagiunt, vel balbutiunt, necdum natâ ratione cuius signum sermocinatio, ut infra, num. 23. videbimus. Aliâ phrase delicatur: scilicet, nescire, quid sit inter dextram & sinistram: ut legitur Ione cap. 4. 11. Quo indicatur summa ignorantia, sicut dialecto nostrâ: No saben qual es su mano derecha. Horatius lib. 1. Epist. 7. v. 23.

Lactentes pro carentijs usus rationis.

Ignorat, quid discent ara lupinis.

Sine pudore in eundem sensum Iuvenal. Satyr. 6. v. 300. Homer. 18. Odyf. v. 227. & 20. v. 312. fuscinit:

Horati

Animo intelligo, scio omnia singula: bona Et peiora: antea adhuc infans eram.

Seneca Epist. 124. Bonum, malumque dignoscere: & lib. 2. de Ira, cap. 9. Quis irascitur pueris: quorum ætas nondum novit rerum discrimina? Idest, non habent synderesim. Hieronymus subtribit cogitationis. Ignorant (ait) quid sit inter dextram & sinistram, propter innocentiam & simplicitatem, ut lactentem monstret ætatem. Qua igitur acceptione, cum Israëlita ploderent legem (illudentes Prophetis exponentibus divinam in præceptis voluntatem) & qui docere instituta debuerant, dedignantur & discedere; exclamat Evangelicus Vates: Quem docebit (Deus) scientiam? Abiactos à lacte? Avulsos ab uberibus? Idest, docebit rationis impotes, ac disciplina incapaces, nescientes reprobare malum & eligere bonum? Quo pacto accipient, ac retinebunt legis scientiam, ignorantes quid sit inter dextram & sinistram? Exaudient leges, qui nequeunt distinguere voces? Infantia præ se fert innocentiam, quæ sentit, sed non cognoscit; sicuti videmus in pupis à lacte excusis, atque depulsi à mammis, Haud alio intuitu Iobus queritur: Quare excipus genibus? Cur lactatus uberibus? Lactetur infans pro cibo: haud hæc dicit Iobus, quoniam aliter eveniat, nec evenire possit; sed quia modò cum usu rationis patitur, quod levius esset, si citra cognitionem patiretur. In dolore qui addit scientiam, addit & laborem: Eccli. 1. 18. Igitur perspicacia rationis, quæ debet esse in doloris lenitatem amica; causas investigando, læpescipius invenitur adversa. Haud homini innocenti afflicto cruciamen acris, quam vigil, acer & optimus intellectus. Vita saltidiosa, si angore plena. Ductus non incepisse quàm dirè pati. Quapropter si Iobus priusquàm lactaretur uberibus, fato cederet; pateretur absdubio, sed non cognosceret. Pateretur infans, sed non homo, contendens cum dolore & intellectu. Pateretur adinstar lactentium.

Hieronym.

Quomodo quando homini intellectus inimicus?

Quis ubere raptis

Nasci pena fuit,

Posse magis, quàm scire mori.

Arator

Canit Arator lib. 1. in Apostol. acta, à v. 349. Quare ergo innocens simplexque cor de Iobus abominetur usum lucis, haud avidus uberum, fuscitque lactis, dicemus fust. Tom. 8. T. 7. ad illud Ierem. 20. 14. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea. His enim Tautologia principali affinis testimonijs dilucidatis, facile ad illius illustrationem flectetur calamus.

6 In lactatione non tantum amorem, sed amores plus infantibus demonstrant genitricis. Sic Anna quem pepererat puerum lactavit ubere. Lactavit filium, & in expressionem dilectionis, & in informationem nobilis indolis. Vulva formavit, lacte informavit: quem in utero concipiendo fecit, uberum lacte perfecit. Utilissimum cuique maternum lac: inquit Plinius lib. 28. cap. 9. ne degeneret fetus lacte à nobilitate ex semine. Lac maternum saluberrimum infanti, notat Galen. lib. 1. de Tuend. valetud. quippe tunc non solum consuetò, sed etiam per proprio utitur nutrimento: infantes enim in utero genitricis sanguine aluntur, lac ex ipso sanguine in mammis illicò formatum accepta per intensiorem calorem aliquâ coloris mutatione: qua de causa aptius & felicius nutriuntur pueri lacte matris, quàm uberibus nutricis. Videtur planè ex re

Plin. Utile cuique lac maternum.

pregnantia ad papillam alienam, cum avidissime inhiunt genitricis uberibus, fingant voluptuose, atque degluciant promptissime. An (inquit Phavorinus apud Gellium lib. 12. Noct. Attic. cap. 1.) qui a spiritu multo & calore exalbit, non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? Nonne hac quoque in re solertia natura evidens est; quod postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis formavit, adventante iam partu tempore, in supernas se partes profert, & ad fovenda vitæ atque lucis rudimenta præstò est, & recens natis notum & familiarem victum offert? Quapropter subdit: Nihil dubito, quin filium lacte suo nutritura sit. Sed cum mater puella parcendum esse ei diceret, adhibendaque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, manus quoque nutritionis grave, ac difficile accederet: Oro te (inquit) mulier, sine eam totam ac integram esse matrem filij sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum, atque dimidiatum matris genus; peperisse, atque statim ab se abicisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret; & non alere nunc suo lacte, quod videt iam viventem, iam hominem, iam matris officia implorantem? An tu putas naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam navolos venustiores, non liberorum alendorum, sed ornandi pectoris causa, dedisse? Sic enim quod à vobis scilicet abest, pleraque ista prodigiosa mulieres fontem illum sanctissimi corporis, generis humani educatorem, ardescere, & extinguere cum periculo quoque aversi corruptique lactis laborant; tanquam palebritudinis sibi insignia deventustet. Hactenus Phavorinus. Nihil ultra. Huic delirio, abiectionis puertorum ab ubere matris, multum favit Gallego de la Serna cap. 8. libell. de Alendi fectus ration. Nil miri: Archater ancicus erat, feminisque procerum placere cupiebat: in quem videtis Sennertum, cap. 1. Traç. de Diata & regimen. infant.

7 Nicol. Nancelius, Analog. Micr. ad Macr. lib. 4. cap. 5, in Problem. inquit: Quæ infantem mater non alit, iam non mater; sed sevissima noverca dici potest. Nec ratione aliâ proles cognoscere matrem, Nec mater possit prolem.

Qui suorum, maxime domesticorum curam non habet, est profecto infideli deterior. Erubescit fieri nutrix, quæ facta est mater? Proteritis superbia generosa pietatis insignia? Fallantur: haud quod cogitant, matris honos, sed summum dedecus. Retorqueatur Virgil. 5. Aneid. v. 229.

Ha proprium decus, & partus indignantur honorem; Ni teneant.

Tanta vel apud Indos huius muneris commendatio; ut nullus esset honor matris, sine decore nutricis. In Regno laõa Imperator utitur feminis ad legationes: verum nulla fungi potest huiusmodi honore, de qua authenticè non constat proprio lacte filios univerfos nutritivisse. Consule Ferdinand. Mendez Pinto Histor. Oriental. Peregrin. cap. 172. n. 1. Adeo inolevit apud feminas vasti huius imperij mos, simulque gloria; filios lactandi; ut quæ mater, in effugium dedecoris, modò infirmitate naros nutrire non valcat; publico utatur testimonio: quippequam quæ omittit, famæ, gloriosaque opinionis non consultit. Idem ibid. Matris sinus sanequam filiorum thronus: pignora tot periculis parata, necessarium, quod diligant: à necessitate ac amoris necessitudine ultrò recedant, si viscerum fructum actutum enixæ deponunt. Horridum sanè, onus summittere ventris, & simul pondus amoris. Iccirò erga hæc languidus amor naturum, quippe non conciliavit nutritionis fastidium. Objicit Iulius Rusticus, apud Tiraquell. de Nobilitat. cap. 20. n. 92. & apud Beyerlink in Theatr. Vit. human. verb.

Mulier, illò celeberrimo tractu nothi cuiusdam ex familia Gracchorum, qui occurrentibus reduci, in urbe triumphaturo, matre, unaque nutrice, gratulandis ob plausum, & incoluntatem inter spicula hostium; distributis ex manibus utriusque mollibus, sed pretiosiore nutrici, ex quo fastidita genitrix; huic blandis pungendo respondit: Tu me novem solium mensibus in utero, hæc verò duobus integris annis uberibus aluit, nutritivique. Sic itaque corpus, medio partim honesto abs te mater habeo: hæc verò candida ac syncerè voluntate mores dedit, Tu me natum primum à te procul reiecisti: hæc à te despectum, abiectionemque suis ulnis recepit, & in hunc statum perduxit. Non novum: filiorum pleraque faciem ignorant, quippe nec vident: magnique filij propendunt in ubera, quam in viscera. Nutrix, non genitrix Phædræ apud Senec. in Hyppolit. v. 246. Per chara ubera: quoniam nutricis ubera chara, ex quorum lacte dilectio in lactente exorta. Hac de causa Antipater matris vitæ non pepercit, et si ipsa deprecatur

Senec. Inclin. Turpe, onus deponere utris & simul pondus amoris. Jun. Rustic. Senec. Inclin.

Aul. Gell. Mater filii non lactans, imperfecta mater. Abusus hic maris abominabilis. Nancel. Lucret. Noverca peiores. Virgil. Honor laetantium apud Indos. Turpe, onus deponere utris & simul pondus amoris. Jun. Rustic. Senec. Inclin.

tar per ubera materna; ut ait Iulianus lib. 16. Histor. siquidem ab illa genitus, sed non lactatus.

8 Quot igitur familijs incommoda, parentibus subacida, igitur sæpe cordolia; ex errore (apertius errato) nutrimum alienarum identidem enascuntur? Quam latè deditur ista lues! Mundi luctet corruptela (quam vel infimæ plebis imitantur, quia luctet) quasi generis splendor aliteretur degenerare lacte, nequaquam genere; claritateque sanguinis, nitorque gentis esset non habere nutricem, quam natura dedit matrem, ruptis legibus & naturæ & rationis alcititio privilegio vanitatis. Videtur autem (ait Nancelius ubi supr. lib. 10. cap. 9.) non modò nutrimentum id natura infantibus preparasse, verum etiam facultates quasdam naturales, quibus eo utuntur ab initio contulisse. At stipulatur, quò dudum Gellius: Quamobrem non frustra (inquit) creditum est, sicuti valeat ad fingendas animi atque corporis similitudines vis & natura seminis; non secus ad eandem rem lactis quoque ingenia ac proprietates valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animadvertitur; nam si ovium lacte bovi, aut caprarum agni alerentur; constat ferè in bis lanam duriorè, in illis capillam gigni teneriorè. Quæ (malum) igitur ratio est, nobilitatem istam nati modò hominis, corpusque & animum, benignè ingenitis primordijs inchoatam, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Quæ præsertim, si ista, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut sero, aut fervilis, & ut plerunq; solet, externa, atque barbarea nationis: si improba, si informis, si impudica, si temulenta est. Exempla videbimus à num. 10. Vis igitur lactis vel docilitatem vel improbitatem lactentibus indit, ut alitru Macrobius, 5. Saturnal. cap. 11. Hinc Cicero, 3. Tuscul. qq. inquit: Nunc autem simul atque in lucem editi, ac suscepti sumus, in omni continui pravitate, & in summa omnium pervertitate versamur; ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Aliqui arbitrantur (at sine fulcro) in nutrimum lacte, quod imaginatione feminæ contigit in fœtus conceptione. Sic insignis Thomas Morus succinuit:

Atqui graves tradunt Sopbi, Quodcumque matres interim Imaginantur fortiter, Dum liberis dant operam; Eius latenter & notas Certas, & indelebiles, Modoque inexplicabiles, In semen ipsum congeri; Quibus receptis intime, Simulque concretescentibus, A mente matris insitam, Natus refert imaginem.

Vide ac consule, si lubet, Perer. in Genes. 30. 37. disput. 3. & 4. à num. 47. Delr. lib. 3; Disq. magi. cap. 3. q. 3. ex Medicis, Paul. Zachiam lib. 10. qq. Medicoleg. consil. 2. 1. & 60. & Reyes-Franco in Elyf. camp. quæst. 50.

9 Vita nutrimum, mores, totamque penè naturam, apud Medicos inconcussam, communicari lacte. Lac non multum distat à feminis conditione: utrumque sanguis decoctus. Sicut à femine malè affecto prava proles, haud secus à lacte. Hinc effrenes, pessimæque indolis, perveræ ac distortæ inclinationis evadunt lactati infantes; siquidem qualitates participant aliti, potissimè arate teneræ, ex affectione alimenti.

Nec tibi Dica parens, generis nec Dardanus auctor, Perside: sed duris genuit te cautibus borrens Caucasus, Hyrcanæque amorum ubera tigres.

Ita Virgil. 4. Aneid. v. 365. Quem imitatur Ovidius, 1. Trist. Eleg. 7. v. 43, & lib. 3. Eleg. 11. v. 3.

Quaque tibi tenera, quondam dudenda palato, Plena dedit nutrix ubera, tigris erat. Natus es scopulis, nutritus lacte ferino.

De Atalanta, cui à patre proiectæ ubera dedit urta, ait Ælian. lib. 13. Var. histor. cap. 1. Vultum habebat quodammodo virilem ac trucem, idque ex serino fortasse victu. Succinuit Senec. in Hercul. Oetæo, v. 144.

Te fera Caspia tulit, Qua

Quanta amaritudinis matris, ex degenerate nutrice. Nancel. Aul. Gell. Cicero. Tho. Mer. Caspa. Virgil. Ovid. Ælian. Senec. Qua

- Qua virgata tibi praeiuit ubera.*
 Sape AA. eodem modo loquuntur de lacte ac de semine. In moribus inolefcentis (inquit Macrobi. lib. 5. Saturnal. cap. 11.) magnam ferè partem nutritis ingenium & natura lactis tenet: qua infusa venere, & mixta parentum semini adhuc recenti, ex hac gemina concretionem unam indolem configurat. Hinc est, quod providentia natura similitudinem notarum atque gignentium ex ipso quoque nutritu preparans, fecit cum ipso parva alimonia copiam nasci. Idem Ovidius loc. cit. v. 37. & 40. & Epist. 7. v. 36.
 Non ego te genitum placida reor urbe Quirini:
 Inque feris Scythiae, Sarmaticisque iugis.
 — Te seiva progenere feræ.
- Macrob. Euripid. in Bacch. v. 986. dicit: Non enim ex sanguine muliebri natus est sed profectus leana. Catull. in Nupt. Pelei & Thetidis. v. 154. & Theocrit. Edyl. 28.
 Quenam te genuit sola sub rupe leana?
 Male germen leana.
- 10 Efficax namque influxus claret lactis in alitos: astruunt exempla. Rabbinus arabitratum sunt Afaëlem insignem carforem (de quo, 2. Reg. 2. 10.) eò quod à cervæ lacte nutritus. Nuge. Idem fingunt Graeci de Lada, qui pedum celeritate cunctos anteivit: uti asserit Pausan. cap. 61. & 104. Idem de Habide Hispaniarum rege tradit Iustin. lib. 44. Cerva (ait) affuit, quæ ubera parvula offert: inde conversatione nutritis eximia pueri pernicitas fuit, interque cervorum greges diu montes, saltusque haud inferior velocitate peragravit.
- Pausan. Iustin. Propert. Est, quibus in celeres gloria nata pedes.
 Sic igitur plures videris apud Ravif. Textor. lib. 4. Officin. cap. 54. Unde Virgilius, postquam lib. 7. Aeneid. a v. 808. descriperat Camillæ velocitatem, causam subijcit lib. 11. à v. 540. accinens:
 Hic natam in dumis, interque horrentia lastra
 Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
 Nutriebat, teneris immulgens ubera labris.
- Virgil. Truces fuere Romulus & Remus, quippe à lupa lactati, de quo Plutarch. de Fortun. Roman. in Romul. & Rom. qq. 55. Propert. 2. Eleg. 6. v. 204. Eleg. 1. v. 38.
 Nutritus duro Romulus lacte lupæ.
 Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam.
- Propert. De Cyro dicitur summa sagacitas, quoniam ab avo expositus à cane lactatus. Iustin. ubi supr. & Marian. de Rege & Regn. cap. 20. De alijs haccine de causa rabies & furor. Ovid. in Ibis v. 231.
 Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino;
 Hic primos pueri venit in ora cibum.
 Perbibit inde rabiem nutritis alumnus;
 Latrat, & in toto verba canina foros.
- Ovid. De Paride prædicatur crudelitas, fallacia, & lascivia, quippequam fuxit lac primum ab urfa. Natal. Com. lib. 6. Mytholog. cap. 23. Verum fabulas Priscorum, ut vera preferantur, susque deque faciamus, & lubenter.
- 11 De Caligula humani generis hoste, igitur desiderabat cunctorum vitam ab uno collo pendere (ut refert in eo Sueton. cap. 30.) ad hoc ut citò iugulare posset; dicebat sagacissimus Tiberius, ibid. cap. 11. Exitio suo omniumque Caligula vivere & se nutriticem populo Rom. Phaetonem orbi terrarum educare.
 Produxit orbi monstra civibus pestes
 Ocellus orbis; vita civium Caesar:
 Virtute patrum, gloriaque metiri
 Dediscit natos. Inadolem dies prompsit.
- Schild. Infit Ioann. Schild. Unde tanta ac inaudita monstrositas, si à Germanicò; civium vita, orbis & urbis ocello? Ex lascivia nutritis barbaræ; cui lactenti mammatum papillas cruore ferarum oblinebat, sicut illa nutrita. Tartari occidunt & vulnerant equos, cruoremque bibunt: ait Gesnerus in Equo, lit. F. & apud Atlantem in Tartaria mos barbaris, ut ostendit Virgil. 3. Georg. v. 460. Inter.
 Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
 Venit & epoto Sarmata pastus equo.
- Virgil. Addit Martialis. Speiactul. Epigram. 3. Sic Caligula ex tunc liquor sanguineus adeo pal-

- lato gratus, ut multorum, quos proprio gladio occiderat, in eo relictum sanguinem lambere, ex acicque quasi ex uberibus fugeret; uti notat Dio Calsius. Hinc truculentus, nec vultu affabilis ulli: quandoquidem, ut asserit Suetonius, cap. 50. Vultum naturæ horridum ac tetrum etiam ex industria efferebat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Plus à nutrice, quam a parentibus animus acceperat: unde quicquid finerit conditio humana, delevit equina, in quam uelut in infantiam propensus, & postquam cogitabat de purgando cerebro. Quendam suorum equorum (subdit Dio) incitatum nomine, ad cenam quoque adhibebat, & inauratum ei bordem apponebat, & in poculis aureis vinum propinabat, salutem eius ac fortunam turabat, Consullemque eum creaturam pollicebatur: facturus, si ditius vixisset. Alia deliria refert Sueton. cap. 55. Incitato equo (infic) cuius causâ pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniæ silentium per milites indicere solebat, præter equale marmoreum & præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monille gemmis, domum etiam & familiam & sapientissimam dedit, quo lautius nomine eius invitati acciperentur: Consulatum quoque tradidit destinasse. Equis & sanguine gaudebat: quia eius cruore, a primis unguiculis in papillis lactatus. Iure natura ferax. Indubium pectus, maduisse sanguine,
 — Calidumque animasse cruorem:
 In faciem vertisse hominum: sed & illa propago
 Contemptrix Superum, sanæque avidissima cadis,
 Et violenta fuit: seires è sanguine natam.
- 12 Non infrequens apud Parthos, lambere & bibere sanguinem, ut notat Tacitus lib. 12. Annal. cap. 47. Carmanis (ait Coel. Rhodigin. lib. 18. cap. 32.) id inesse peculiare, ut in convitijs percussa faciei venâ, profluentem inde cruorem vino commiscerant, atque propinent, amicitia finem statuentes, sanguinem gustasse mutuum. Eadem apud Thracas cruditas, à quibus Romam invecta, uti ex Ammian. Marcell. refert Iustus Lipsius lib. 2. Saturnal. cap. 9. qui cap. 22. profert cruoris aviditatem, eò quod gladiatorum sanguinem ex ipso vulneris biatu biberent, calidumque & adhuc spirantem. Hinc sanguisugus non solum, sed sanguibax Commodus Imperator, ut notat Lampridius; quia conceptus postquam à Faustina matre cruoris poculum è vulnere gladiatoris avidissimè haustum: sicque ille post, cum in gladiatoris occisus vinus (ait idem in Commod. mississet manum, ad caput sibi detersit. Usam lascivia notatur ab Ovid. 12. Metam. fabul. 5.
 — Nostro tua corpora ferro
 Tentemus, capuloque tenuis demisit in armos
 Ensem fatiferum, cecamque in viscera movit,
 Versavitque manum, vulnusque in vulnere fecit.
- Ovid. Manus victrices cruore proluebant, atque conspuentes insolenter dealbabant: qua metaphorâ in sacra pagina exprimitur plena vindicta, & fatietas ulciscendi sedata. Psal. 57. 11. Cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.
- 13 Sic intelliges, quid sit apud AA. lac nigrum. Plin. lib. 2. cap. 103. ait: Asaces rigat campos, in quibus pasta, nigro lacte equæ gentes alunt. Nancel. quo supr. lib. 10. cap. 9. infit: In Ponto homines lacte equino ali, eoque nigro. Lac nigrum nequit esse vel in Æthiopiis; ut claret. Decoctum sanguinem comitatur albedo. An quia ubi summè uberis mamma premitur, pro lacte sanguis elicitur? Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem. Proverb. 30. 33. Haud hac causa; sed viscerum horrida sanguinolentia. Dicitur lac nigrum, haud quia fit, uti deliravit Anagaxoras de nive, de quo egi alibi; sed quia apud Barbaros in deliciis miscbatur sanguine, ex quo color luridus, qui apparet nigredo in liquore nimis candido. Sarmatarum quoque gentes (inquit Plin. lib. 18. cap. 10.) hac maxime pulve aluntur, & cruda etiam farina, equino lacte, vel sanguine è cruris venis admisto. Virgil. 3. Georg. v. 463.
 Et lac concretum cum sanguine potat equino.
- Virg. Vide Herodotum lib. 4. & Sidonium Apollin. lib. 4. Epist. 1. Qui Paneg. ad Avitum, v. 72. modulatur:
 Saurotatem taceo, ac Moschum, solitosque eruentum
 Lac potare Getas, & pocula tingere venis.
- Sidon. Unde cum lac dicitur album, purum scilicet dicitur. Homer. 4. Iliad. v. 434. & 5. v. 4.

Crudelitas

Sueton.

Dio Cass.

Eius vesania inaudita erga equum. Sueton.

Ovid.

Sanguine mutua facta. Cat. Rhod.

Lipsius Sanguinolentia Imperatoris Commodi. Lampridius. Gladiatori.

Ovid.

Psal. 57.

Plin.

Nancel.

Lac nigrum

Plin.

Virgil.

Sidon.

Lac quare dicitur album? v. 909. Lac notat album. Euripides in Cyclop. v. 388. Album infundens lac. Senec. in Oedip. v. 495. Nives lactis candidos fontes. Tibull. lib. 3. Eleg. 2. v. 20. Nivo fundere lacte parent. Ovid. 4. Fastor. v. 151. Nivo cum lacte papaver. & Mar. Victor lib. 2. Geof. v. 135. Candenti lacte renidens. Cum supposito necessarium ostenditur, nihil aliud est, quam puritatem lactis sine millione signare; sicut quum dicitur à Theocrit. Elyl. 5. Albe nives: Id est, intactæ: & à Quintian. Carm. 6. Nives candidæ, q. d. Inemeratæ: nos quoque propositio, Propertius lib. 2. Eleg. 3. v. 12. Rosa puro lacte natent. Hornerusque, 9. Odysf. v. 267. Martium lac bibens.

14 Sic igitur causa nutrimenti immutantur naturæ conditiones, & multoties in contrarias; ut videtur in Pylis & Maris nutritis simul cum lacte venenis, in quibus tam prærens vel in serpentes efficacia, ut essent insignia contra venena venena. Confulis Plin. lib. 7. cap. 2. & Aul. Gell. lib. 16. cap. 11. Galenus ad Glaucum, cap. 10. nominat ab aspidibus & serpentibus nutritos: eum sequitur Paulus Zachias, 99. Medicoleg. lib. 2. titul. 2. q. 9. & 10. Pindarusque in Olymp. Od. 6. tamum dicit altum à serpente. De Candeis, ideo Ophiophagi, asserit Plin. lib. 6. cap. 29. serpentibus vesci. De Troglodytis & Æthiopiibus, Herodotus, quò nuper. De Indis lul. Cæsar Scaliger, Exercitat. 175. additque opiparas cænas serpentibus preparari, & utpotè nobiliores cibos tantum Regibus apponi. Vide Hugonem Lincetotum in Peregrination. ad Orient. De puella nutrita araneis Cæcl. Rhodigin. lib. 11. cap. 13. Arnald. in Specul. cap. 77. Ulyss. Aldrovand. de Serpentib. lib. 1. tit. Medela veneni. Garfias ab Horto lib. 1. Histor. Aromat. & Reyes ubi supr. q. 47. Nieremberg. lib. 2. Curios. & occultæ Philosoph. cap. 12. & Scaliger Exercitat. præf. referunt Cambaia Principem lactatum venenato lacte (penes illos fides sit) quo ita veneficus factus, ut verba essent lethalia. Frequenter apud nationes Barbaras veneni usus ab infantia, ut inolecente ætate possit essent cassa venena; uti de Mithridate Ponti Rege referunt, quò supr. Rhodiginus, Plin. lib. 25. cap. 2. & Iustin. lib. 37. Præsumebatur quotidie venenum, ut ipsa consuetudine fieret innoxium. Unde Martial. lib. 5. Epigr. 77.

Martial. Præficit potio Mithridates sepe veneno, Toxicæ ne possent seova nocere sibi.
De alia puella pulcherrima, Alexandro Magno à quodam Idorum Principe insidiosa pro munere oblata (cuius meminit Averroes Procem. lib. 3. Physic.) asserit quò dudum Cæcl. Rhodigin. Cæpisse initio paulatim venenis nutriti, consuetudineque in naturam abiisse, ut venenis perinde vesceretur, alereturque ac consuetis cibis reliquis: ipsam verò educationis ratione venenosam evasisse, ut spuro, aut quovis humore alio perimeret appropinquantes, evestigio etiamnum expirantibus, qui cum ea coissent. Sumpfit ex Aristotele lib. de Regimin. Hanc puellam (infit Reyes quest. 63. num. 5.) cum illius Præceptor vidisset, scintillanteque & serpentum more nitentes oculos contemplatus esset, Alexandro dixit: Cave ab hac: exitium tibi paratur. Vide Ludovic. Barthema lib. 1. Indicar. rerum, cap. 2. Mihi suspecta notitia, quippe Aristoteles haud, etsi rogatus, in Asiam comitatus Alexandrum, præcognoscens indolem, pro seque miit Callisthenem nepotem, ut claret ex Q. Curt. & Arrian. Quantum profectò erit venenum, dum homo ipsis serpentibus toxicum? Humor quò purior, si corrumpitur, nocentior. Scribit Avicenna (subdit Rhodiginus) tempestate sua vixisse hominem, quem fugerent venenata omnia, morientibus, quæ fortè cum mordicis apprehendissent, inde nihil omninò lesam. Cum verò grandior admota foret serpens, bidui quidem induxisset febrem, ceterum descessit ipsam. Vide Tom. 4. Tautolog. 3. num. 56. quæ diximus de Exagone. Cardan. lib. 2. de Contrad. tract. 2. cap. 7. refert hominem, quem serpentes non nisi coarcti mordebant, quoniam illicò expirabant. Nil micum. Tantum remanet virus (infit Plin. lib. 28. cap. 3.) excepto semel malo, ut venefici fiant, venena passii.

15 Si qualitates ingeruntur corporibus ætate adultæ, facilius, ætate tenera; maximè si noxia, aut prava cum lacte mista. Conditiones alienæ naturæ fingi, vidimus in agno & hædo ex Phavorino, num. 8. etiam videmus in arboribus furculis insitis alieni generis vel speciei. Martialis lib. 13. Epigram. 46. de illice speciosa è furculo crysomeli, canit:
Martial. Vilia maternis fueramus præcoca ramis.
Nunc in adoptivis Persica cara fumus.
Eadem Palladius lib. 14. de Instit. pro pruno Perfici furculum adoptantè;
Pallad. Ipsa suos onerat meliori germine ramos

Per.

Perficus, & pruno scit sociare genus.
Serpentes & aspides nutritione cicurantur ab Ægyptijs. Primum, ut pransi sunt (ait Aelian. de Animal. lib. 17. cap. 5.) statim temperatas vino & mellè farina in mensam, in qua pransi sunt, exponunt: postea crepitu digitorum eas tanquam convivas ad prandium vocant: ille verò velut ad conditam cœnam inivitata; alie aliandæ prorepentes accedunt, & mensam circumstant; ac reliquæ omni spirâ in solo terra relicta, capus allevantes circumlambunt, sensimque atque moderatè expleunt. Quom autem Ægyptij de nocte habent necessitatem surgere, ne ipsas in tenoreis conculescent; iterum percussione digitorum utuntur, eis, ut de via decedant, signum dantes: ille sanè sonitus discrimen intelligentes, confestim in latibula absconduntur. Itaque is, qui de lecto surgit, postea in nullas ipsarum incurrit. Naturam venenosa deponere per nutritionem, asserit Pausanias cap. 303. in Bæoticiis; quod nobis videtur mirabile. Sunt balsami arbores in Arabia, eâ qua myrti stirpes magnitudine: folia illis qualia herba amaraco. Habent sua circa eas plantas cubilia viperæ, plures uno, alio pauciores loco. Est enim eis balsami liquor cibus multò suavissimus: ipsa etiam fruticis umbrâ maximè delectantur. Ubi sua fuerit colligendo humoris tempestivitas, veniunt in sacrum lucum Arabes binis lignoculis regulis (Nos Carracas) singuli: eorum complora bestias fugant: occidit verò magna est religio, quòd sacras, & genios veluti quosdam, esse balsami putant. Quòd si quem morsu appetierint, plaga est, qualis è ferri vulnere, sed veneni omninò expert, quòd scilicet balsami pastu, liquoris unius omnium odore præstantissimi, veneni acerbitas illa prisina mitescit. Idem invenies apud Cæcl. Rhodigin. lib. 18. cap. 35. qui addit: Insignem quippe venenis molliendis, vel accendendis vim habent alimenta. Ludicra aliqua ex nutritio- ne signanda. De quodam lactato lacte fuillo, referunt Sennert. lib. 2. Institut. part. 3. sect. 2. cap. 4. & Ioann. Guterius Godoy de Educat. puer. semper in cæno iaculis, utpotè voluptuosum inter spurcitas volutari: ita immunditiæ deditum, ut lac nutritis suis in cunctis operationibus exprimeret. De alio, cuius pedes pruriebant in subsaltationem (Venacule Gabriolas) quia lacte capere nutritus, vide Mendoz. Viridar. lib. 4. Probl. 7. num. 44. Novi etiam alium eiusdem conditionis ab eadem origine: igitur de- via appetebat, & vel itinere trito subsultabat; avidissivè cupiens lubrica ac prærupta præcipitia, vel ab oculis timenda, utpotè horrida. Nihil illi magis grave, quam in semitam calcatam ab alijs ducere.

16 Patet iam cur de Samuelis matre dicatur: Lactavit filiam. Dilexit, quem concipiendo pepererat; & ut magis diligeret mores suos in illo studuit lacte formare, & firmare. E sanguine porrò concinnatur lac, modicum in uberibus immutationem indeptum. Quo argumento matris lac alimonia in primis censetur accomodum, quia & consueta sit ac perpropria. Similibus certe servatur unumquodque: contrarijs verò ad intemperaturam recidit. Hactenus Cæcl. Rhodigin. lib. 9. cap. 12. Mores igitur lacte bibuntur; sicque filij ad ubera matris lactantur moribus. Sic Samuel matris sumpfit, ac fixit indolem, & ad egregia futura docilitatem. Fleatur in vera blandimen Claudiani de IV. Consul. Honor. à v. 513.

Claud. ang. Quæ pietas, quantumque rigor! tranquillaque magni
Vis animi, nulloque levis terrore moveri;
Nec nova mirari facilis. Quæ doctæ facultas
Ingenij, linguaque modus! Responso verentur
Legati. Gravibusque latet sub moribus atas.
Quantus in ore pudor! Radiat quàm torva voluptas
Frontis, & angustj matestas grata pudoris.

Sic igitur cum similitudo dilectionis sit illex, & lac filium instruat in amorem simillio- rem: tota matris nutritis cogitatio de dilecto, cui uti amafia præbet ubera. Quid (dicunt cum illa alia, Proverb. 31. 2.) dilectè mi? Quid dilectè uteri mei? Quid dilectè vortorum meorum? Pupos alloquuntur, quasi intelligere possent, ut possint intelligere. Alere, potentiora in pulturum amoris, quam generasse habet irritamina. Pro- vocantur famina (inquit Ambrosius lib. 1. de Abrab. cap. 7.) meminisse dignitatis suæ, & lactare filios suos. Hæc enim matrum gratia, hic bonus quo se proprijs commendent viris: denique eos plus amare filios solent, quos ipsæ matres lactaverint uberibus suis. Icecirò in Sacra pagina non amor vehementis exponitur matris, sed solummodo nutritis. Nunquid ego (dicebat Moyfes) concepi hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi; Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutritrix infan-
Tom. V. Es tu

Quo pacto aspides cicurantur?

Aelian.

Pausan.

Viperæ paa- sto balsamo sine veneno.

Cæcl. Rhod.

idem. Cum lacte moriet.

Claud. ang.

Honor. ma- tri filiorum lactaria. Ambrog.

Plus in amo- rem proli- lactatio qua- conceptio.
Ruth. 4. 16
17.
Plutarch.
Aul. Gell.

talum? Officium multiplici gratia Deus dicitur exhibuisse, Osee 11. 2. *Ego quasi naz- dritius Ephraim portabam eos in brachijs meis :* & Apostolus 1. Thesal. 2. 7. *Tanquam si nutrix foreat filios suos.* Quo intuitu Noemi ut ostenderet amorem in prolem nurus; *Puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerula fungebatur officio.* Vicine autem mulie- res congratulantes ei, & dicentes: *Natus est filius Noemi.* Nomen ei induunt matris pro- pter amorem ex officio nutricis. *Debent* (inquit Plutarchide *Institutend. liber.*) *parvis ipse nutrire genitricis, bisque præbere ubera :* maiore enim studio & cura nutriendi: nempe ex ipsis visceribus, & à teneris unguiculis diligunt liberos suos; cum nutrices & educa- trices, ut potè que mercede ament, charitatem præbeant subditiitiam & supposititiâ. Benevolentiores fiunt liberis & amantiores eorum. Astipulatur Phavorinus ubi supr. apud Gell. subdens: *Que partus suos deserunt, & alij nutriendos dedunt ; vinculum illud, coagulatumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura consociat, in- terfciunt.* Nam ubi infantis aliorum dati, facta ex oculis amolitio est; vigor ille ma- ternæ flagrantia sensim paulatimque restringitur, omnisque impatientissima sollicitudinis strepitus conslescit: neque multo minor, amandati ad nutricem aliam filij, quam mortè amisit, oblitio est.

17
Horologium
lactantis ge- nitricis est
vagus in- fantis.
Reyes.
Eius cura
& sollicitu- do.
Berchor.
Officia.

Quam aptè dixerit de matre nutrice, *impatientissima sollicitudinis strepitus,* videtur in qualibet, qua pro commodo prolis non videtur sollicita, sed percita, vel commota. *Super omnem vocem turbantur viscera eius :* ait Siracides, 30. 7. *Horolo- gium matris nutricis est vagitus infantis. Matris quippe interna sollicitudo tanta est, ac tam excusabilis* (inquit Reyes Frauco in *Camp. Elys. q. 50. n. 33.*) *ut setui assiduè in- incumbens, naturaliter pro illo multò magis, quam pro seipsa evigilet :* ideoque ideam à passionibus genitam, sollicità curâ, & præcautionis continuo radio ad factum dirigit, quem miro studio servare ac defendere satagit, tenerimum ac germinare incipientem dulcissimum suæ vitis pampinum ad quemvis leevem iniuria occursum facillè disipari ac evanescere posse perpetuâ afflictatione, & nunquam omisâ cura extremis: unde apprehensâ ideâ in partem fetus pergit, in quam mater sibi manum intulit: pen- trant enim se *mutuò idea absque unionis aspiratione, cum sint lumina quedam semi- nalia :* est quippe semper cura propter aliquem finem, ad quem manus operatur, quasi organum executivum, ut anima & phantasia imperio formatrix idea signaturam im- primat. Hac igitur causa de se dicit Salomon, Sapient. 7. 4. *In involumentis nutricis sum, & curis magnis :* equidem haud alia matri lactanti nisi cura de lactente: imaginatio in humores & spiritus tantum habet imperium; ut non solum vigili, sed & dormientè obiectet dilectum pupum. Ut mater amoveat, quod cogitat filio infanti molestum; quid faciet, vel quid non faciet? Evolvit, involvit, tendit, extendit, mulcet, erigit, sopit: at si renuit, infans ad ubera portatur, ac super genua mater studiosè blanditur. Congaudet puero gaudenti, & compatitur puero patienti, sublevat cadentem, lactat plorantem, deosculatur tacentem, ligat se nimium diffundentem, abluit se sordidantem, pacis digito renitentem, reficit esurientem, instruit in loquelam nescientem, bal- butit & quasi linguam frangit, ut facilius doceat infantem, medicina utitur, ut sa- net præ morbo vagientem, sibilis demulcet dormientem, unguentis refovet indigen- tem, ac incedendum inducit incedere non valentem; & quandoque manum ex indu- sria subtrahit, ut ad incesum faciat habitum. Hucusque Petr. Berchor. *Reductor. lib. 3. cap. 6.*

18
Nancel.
Labor est
iocus.
Aul. Gell.
Hieronym.

Quod videtur ficine & summus labor, est matri lactanti iocus. *Tum mammis proprijs nutricando infantem* (subdit Nancel. lib. 13. p. ultim. de *Homin. dignitat. Problem. 14.*) *tum pannis & linteis mollibus ac nitidis involvendo, tum minimis man- sis in oscillum ingerendis, tum blando nutu & agitata aut gestatione demulcendo ; me- rus ut ludus iocusus tum matri, tum puero videtur.* Ita uterque utriusque delictum. *Ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola unde aliter oc- cupatur :* & proinde (ut in *expositis usuvenit*) matris, que genuit, neque sensum al- lum, neque desiderium capit. Ac propterea obliteratis & abolitis nativæ pietatis ele- mentis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam ferè partem non naturalis ille amor est, sed civilis & opinabilis. Ita Gellius ubi dudum. *Semper genitrix percussa sine infantis presentia, cui placent que alteri molestissima fastidia. Ita suavis est & mellitula* (dicebat de pupa Hieronym. ad *Salvoian. Epist. 9.*) *ut honor sit omnium :* Hanc tenere non dedignatur *Augustus :* hanc foree in sinu, *Regina lætatur ; certatim ad se omnes rapiunt : pendet ex collo, hæret in brachijs singu-*

Jorum ; garrula atque balbutiens, lingua offensione sit dulcior. Innuvit Statius, lib. 5. *Thra- baid. a. v. 613.* de matre orbata filio lactente.

Heu ubi sibi vultus Ubi verba ligatis Imperfecta modis? Risusque & murmura solli Intellecta mihi? Sic equidem lactus solabar, & ubera parvo lam materna dabam ; car nunc venit irritus ort Lactis & infelix in vulnera liquitur imber?

Stati.

Quicquid à pupis obtulisti, pervium voluptuose lactantis cordi : cuncta placent & plauduntur, graviter genitricibus matribus abesse cum puero, quibuscumque impe- diebantur.

— Suspensam blandâ vicissim Gaudia pertentant mentem.

Succinit Virgilius lib. 5. *Aneid. vers. 827.* sequiturque præfatum argumentum amoris ex tædio cuilibet præter lactantem genitricem, Statius lib. 2. *Sylvar. l. a. vers. 56.*

Quis tua colloqui hilari mulcebit hamatis Pectora? Quis curas, mensisque arcana remittet? Accensum quis bile feret, famulisque tumentem Leniet, ardentique in se desicchet ab ira? Inceptas quis ab ore dapes, libataque vina Auseret, & dulci turbabit cuncta rapinâ? Quis matutinos abruptet murmure sonos Impositus stratis, abitusque morabitur arctis Nexibus, atque ipso revocabit ad oscula posse? Obvius instranti ruris quis in ora, manusque Profiliet, brevibusque humeros circumdabit ulnis? Mura domus.

Statius.

His ludicris creatur, nutritur, inolefcitque amor inter filium & matrem: qui nullus omnino, ni genitrix nutriat ubere proprio lactentem. Fecit Sara, etfi vetula: proptereaque dixit, *Genes. 21. 7. Quis auditorum crederet Abraham, quòd Sara la- ctaret filium, quem pepererat ei iam seni?* Fecit Machabæorum genitrix: adolescentio- ri dixit passuro filio, 2. *Mach. 7. 27. Lac triennio dedi, & alii.* Sic Anna Samuelem lactat, & lacte puero, in verberibus liquato, ut non solum matris, sed virtutis esset filius Matris.

Uterque utriusque de- lictum.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Virtutis, quippe scintilla vigor materni lacebat in filio: *Et similitudo morum* (ut ait Hieronym. præfat. *epist. 9.*) *per speculum carnis erumpens, ingenuos animos augusto in pectore versat. Sic matrem mista similitudine pingit, ut in uno corpore utrumque agnos- cas.* Hoc est ingenium altricis, & natura lactis. *Nec unquam eos quorum generosam in- dilem* (docet Columella lib. 7. de *Re rustic. cap. 12.*) *conservare volumus ; patiemur, aliene nutricis uberibus educari, quoniam semper & lac & spiritus maternus longè ma- gis ingenij, atque corporis incrementa auget.* Amoris utique flagrantis insigne lactatio matris: Annaque Samueli etiam ubera præbuit, ne filius degener ex aliena mamma eva- deret. Ex Claudiano dicemus, ubi supr. v. 157.

Virgil.

Hieronyma Et imago.

Collumell.

Ipsa Quirinâ parvum te cinxit amictu Mater, & ad primas docuit reptare Curules Uberibus sanctis, immortalique Deorum Crescis adoratus gremio,

Claudiana.

20 Iam igitur pervium iter in Tautologiam. *Lactavit filium.* Uti que, sed cur ad- ditur: *Donec amoveret eum à lacte?* Cuilibet nutrici accidit, & idem usuvenit: igitur commune, nec novum, quòd usque amoveat à lacte, quælibet lactem alumnus. Bre- vi exponam. Quod necessarium videtur, hic meditante exprimitur: ut ostendat cum puero effectum, quod in alijs nequaquam necessarium: scilicet Samuelem actutum à lacte avulsam, Domino fuisse sacratum. Citò mater ab ubere amovit, ut citius offer- ret, & votum solveret; ita ut puo genitricem non relinqueret, sed ignoraret. *Nam cum alijs* (subdit hic num. 70. *Doctis. Sanctius non pauci ab infantia forent consecrati, tantum erat à Sacerdotibus, ut aliqui essent in Tabernaculo, qui teneram illam etatem*

1. Reg. 1. 23

Samuel illa- ce ab ubere avulsus, Deq. sacratur.

Sanctius.